

hominibus firma

et talis praunitas

et fortiter

et firmus digni

se factus

nonne terra

et nos

omni caritate et dignitate meos

rebuere pariter **Et** firmiter **Et** **Et**

Amelioros iustus quibus d. **Ipse**

Et **Et** omni die fideliter huius omni

fortiori hinc semper iustitiam

stare et tunc pariter simpliciter

unum **Et** **Et** omnipotens **Et** **Et**

inquit celestia adunata pariter

incedente huius celestia in te tuo

quod omnia omnia aduista unum

omni **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

restita **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

CCM



Parentalia

ILLVSTRISSI-
MO AC POTEN-
TISSIMO PRINCIPI, ET
Domino, Domino GVILHEL-
MO, Brunsvicensium & Lu-
næburgensium
duci.

Facta
AB HENRICO MEGA
Cellensi.

HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius,
Anno D. M. XCIII.





ILLVSTRISSIMO
ET POTENTISSIMO
Principi ac Domino, Dn. ER-
NESTO, Duci Brunfuicen-
sium & Lunæburgensium,
Domino suo clemen-
tissimo.



debita submissione ac reuerentia dedicata.

Ab Henrico Mega Cellen.

Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo reliquias, diuiniq; ossa parentis
Condidimus terris, & mœsti fleuimus vm-
bras.

Iamq; dies (ni fallor) adest, quem semper acerbum
Semper honoratum, nati, seriq; nepotes,
Et thalami consors, sic Dij voluistis, habebunt.
Quin etiam imperij proceres, & cætera turba,
Annua vota dabunt, solennesq; ordine pompas
Instituent, busto vt meriti tribuantur honores.
Nos quoq;, Pegasei quos fluminis ardor honestus
Sollicitat, memoresq; ideo tibi flebile carmen,
Exequiasq; vmbri ferimus, solatia luctus
Exigua ingentis, sed honesto debita mori,
Aspice sancte parens: placeat propensa voluntas,
Hospitium felix qui iam bonus incolis, interq;
Elysios manes degis, cœtusq; verendos.
Nam præter lachrymas, gemitus, & carmen inane
Non opis est nostræ quicquã tibi reddere gratum.
Ante tamen repetent torrentia flumina fontes
Ipsa suos, tua quàm pietas, & maxima virtus,
Et benefacta, pater patriæ, labentibus annis
Excedant animis nostris, fugiantq; sub vmbra.

Quæ regio in terris, & quis loc⁹ amplius, aut quã
A 2 Tantum

Tantum auersus equos rapidus Sol iungit ab vrbe,
Quæ pater alme tuæ non sit plenissima laudis?
Quem pietas, quem prisca fides, aut viuuda virtus
Effugit? & quantum fueris quis nescit asylum
Iusticiæ? & quoties, sortem miseratus iniquam,
Auxilium exulibus tuleris, quos dulcibus aruis
Eiectos pressit Latij violentia Papæ.
Summus amor Diuûm cultus, & templa tueri,
Atq; Panomphæi regnum amplificare Tonantis,
Exoptate parens erat, & quæcunq; Lutherus
Papicolas contra scripsit, cognoscere, cœtus.
Hinc quoq; Romulei penitus portenta Bahalis
Pectore magnanimo tibi sunt damnata, nec vsquã
Passus es Alcinoos, Comedones, viuere Ventres
(Qui numerus tantum, & fruges consumere nati)
Sedibus antiquis, furtim per fasq; nefasq;
Congestis quondam, cum toti illuderet orbi
Dira superstitio, fraudes, cultusq; nefandi.
Nam postquam Ernestus vitali lumine functus
Occubuit genitor, & tu moderamina rerum
Cepisti, Superûm fatis, tua maxima cura
Pax erat, & sacrata fides, & purus auitæ
Relligionis honos: & veros tradere cultus
Omnibus, antiqua quostum ditione tenebas.

Te duce

Te duce, quæ fuerant vestigia tetra Papatus
Irrita, soluerunt omni formidine terras
Princeps magne tuas: tum qui desistere coepto
Abnegat, Ausonij iuratus in agmina Papæ,
Huic celerare fugam, templisq; excedere suades,
Cultibus aut fictis veros præponere cultus.

Atq; ea dum tota passim regione geruntur
Non reditus sacros alienis vsibus heros
Aggeris: aut luxu perdi concedis inani.
Sed quæ religio priscorum sacra parentum
Obtulerat templis, per te seruantur ijsdem,
Et meliore fide: nam quæ illætabile Ditis
Tartarei monstrum, diductis faucibus olim
Hauserat: his viuunt modò qui tua castra sequuntur
Phœbe parens: & sancta colunt qui dogmata vatū

Iam loca quæ quondam fœdarat verna Bahalis
Turpiter, oppressa per turbida nubila luce,
Personat auratum diuini dogma Lutheri,
Qui pius è densa sacrum caligine verbum
Restituit, cæcumq; Papæ scelus omne retexit

O nimium felix, ô terq; quaterq; beatus,
Cui sacra affulsit doctrinæ fulgida lampas,
Quam patris æterni, cœlo demissus aperto,
Edocuit natus, sortem indignatus acerbam

Terrarum, nitidoq; viam patefecit Olympo.

Hanc, pater alme, tua cum iam regione tenere

Vndiq; mortales, & detestanda Bahalis

Sacra Deum templis iterum proiecta videmus,

Quæ nos pro meritis dabimus pro laudibus istis

Pramia digna tibi? iustas persolvere grates

Non opis humanæ est: qui cœlum & sidera seruat

Dij, tibi si qua pios respectant numina: si quid

Vsqum iusticiæ est, & mens sibi conscia recti,

Persoluant grates meritas, & pramia reddant.

Iamq; adeo quanquam fulgebat luce serena

Relligio, & cæcis pellebat mentibus umbras,

Non tamen hinc placida compositus pace quiescit

Magnanimus princeps, quæ nunc lugemus adætum.

Verum animû nunc hue celerè, nunc diuidit illuc,

In partesq; rapit varias, perq; omnia voluit,

Quò casti maneant in relligione nepotes

Ergò (maiorum vestigia nulla secutus)

Vndiq; Sanctorum numerosa volumina Patrum,

Comportare iubet, in primis scripta Lutheri:

Innumerosq; alios, quos pleni numinis aura

Produxere viri, libros, sub luminis oras.

Cunctaq; Diuorum sacrata sede reponi

Præcipit, immensum lustris labentibus orbem,

Relli-

Relligio Latij ne tristibus occupet vmbriis
Præfulis, & dira rursus caligine ludat.

Inde sed vt possit, quæ sæcula nostra sequetur
Posteritas tandem, verbo quæ consona sacro
Discere: sanctorum quæ sint oracula vatum:

Quis sacris modus, & qui sint sine crimine ritus

Quid referā insignes natos? quantū instar in illis
Omnibus effulget patriæ virtutis? amore

Heu quanto cultus diuini numinis ardent.

Quæ si cuncta velim tenui describere versu,

Ante diem clauso componet vesper Olympo,

Et vix summa sequi rerum fastigia possim,

Ambages tantæ, sunt tantaq; pondera rerum.

Quid lituos dicam, vel duri prælia Martis,

Armorumq; vsum, quorum licet inscius heros

Non fuerit, paci semper lachrymabile bellum

Posthabuit tamen, & vesani Martis amorem.

Cura fuit patriæ fines in pace tueri,

Consilij hæerere toga, pacemq; quietam

Diligere: & leges regni dare ciuibus æquas.

Tum si fortè fuit populi intestina coorta

Seditio: sæuijtq; animis ignobile vulgus,

Quis melius potuit funestas tollere lites,

Et mulcere animos dictis & pectoris iras?

Te duce

Te duce quæ pridem terras Astræa reliquit,
Ingenuum rursus prodit mortalibus ægris
Aspectum: sua iura tenent te vindice leges,
Et modo iusticiæ soliti redduntur honores.
Vtq; decet scelerum plectuntur crimine fontes,
Iusta bonis contra non desunt præmia laudum.
Hac igitur rerum facie cum surgere regna,
Et tua se tantis attollere gloria rebus
Cœpisset, vitam crudelia numina Parcæ
Abrumpunt: tantos humana negotia motus
Alternasq; vices miscent: hoc turbine fertur
Vita hominum: & subitò ceu flos æstate labascit.
Per varios casus, per mille pericula rerum,
Tendimus in coelum, sedes vbi numina tutas
Ostendunt, illic fas nostra exurgere regna.
Qua nunc coelicolas inter quia viuis & hæres,
AËternum mihi sancte parens salue atq; valet.



AB 113 723

ULB Halle


3

002 387 581



TA → a





B.I.G.

Farbkarte #13

